



CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cta seraphia virgine [et] mar. Cap[itulum]. xxx.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse septēbris occurrētibus. Fo. cccv.

hermacora: et viso miraculo gr̄as deo egerunt. Quas sanctus hermacoras continuo baptizavit et deo virgines dedicavit: easq; valentiano cōmendavit. Reuerfus autē valentius eodem die: et videns tertiam fenestram in turri constructam didicit a magistris: q̄ ad mandatum filiarum suarum eam fabricassent. Et interrogavit filias suas cur tertiam fenestram fieri iussissent. Que dixerunt: ut maius lumen ibi fulgeret nolentes ei indicare: q̄ causa orationis eam constructam dinassent. Post aliquot hō tempus cum valentius filias suas velleret vris tradere: eo q̄ a plurimis nobilibus in conjugium peterentur. Responderunt virgines se christum sp̄sum immortalem habere: cui virginitate suā p̄petuo dedissent. Quod audiens valentius iratus arreptus pro gladio eas interficere voluit. Ille hō ad domum valentiani patris fugerunt. Quas valentianus ynacum filiabus suis in angulo domus abscondit. Et cum precessisset: ut hec sancto hermacore ep̄scopo nunciaret. Valentianus cum servis suis venit ad domum fratris: et filias requirere cepit: et interrogans duos ex servis valentiani vbi essent: vnus quidem eas celauit. Alter hō eas pro palauit: qui statim arreptus a demonio seipsum in nativo fluuio necauit. Valentianus hō filias neptes in angulo repertas xpm adorantes apprehendit: et ad domum suā adduxit. Altera hō die ipsas quatuor senario presidit tanq̄ christianas puniendas tradidit: quas p̄ses ante se iussit adduci: et cepit agere: ut sacrificarent. Et dum se xpo domino sacrificare dicerent: iussit eas nudas virgines cedi: deinde veris pedibus suspendi: et malleis capita eorum cōtundi: vsq; dum p̄ nares earum sanguis distillaret in terram. Et cum hec omnia constanter tollerassent: et deo semper gratias agerent: preses fecit eas in carcerem recludi. Hanc autem facto mandauit iterum sibi virgines presentari: et videns eas sanas effectas ad deorum sacrificia exhorabatur: eo q̄ dñi eis cōpatientes earum vulnera curassent. Sed cum se a xpo dño sanatas assereret: et non ab eius dijs quos esse demones comprobabant. Iussit eas seualtus in equuleo suspendi: et ad latera ipsarum lampades ardentes applicari. Deinde fecit illarum mammillas amputari: et canibus deuorandas iactari: quas tamē canes intactas custodiebāt. Iterumq; eas preses mandauit in custodiam recipi. Nocte autem ipsa Valentianus mammillas virginum intactas: et sicut rosas splendentes inuenit: quas hermacore ep̄scopo pro reliquijs obtulit. Sequenti hō die mandauit p̄ses hōgines nudas p̄ totam ciuitatem aquileie circumducti. Ante hō euphemia angelus domini operuit eas stola candida et corpora illarum restituit omnino illa: ita ut nec cicatrix in eis appareret. Et cum ille fuissent presidit presentate videns seualtus ipas: ut solē facie splendētes atq; deos

omnes gentili confutantes: iussit illas capite truncari. Quas pater ac patruus earum valentius arreptus ad summitatem turris: quā fecerat traxit: et manibus eas proprijs decollauit. Eorū poraq; illarum cum capitibus ex alto in sinum proiecit: et subito facto nimio tremore ignis de celo veniens: ipm cum oibus qui secū erant: et ipsam turrim vsq; ad fundamenta cōsumpsit. Eūq; noctu valentianus cum sancto hermacore presentissens ad flumē ad corpora requirēda: dñi essent iuxta portā valentianā: ecce venit nauicula cum duobus viris splendēdis ad ripā fluminis: que dicitur clemētiana: in qua nauicula corpora sanctarum cum capitibus posita erant: que illi duoviri sancto hermacore obrulerunt. Qui vna cum clericis suis et valentiano gratias agēs corpora virginum de nauicula leuauit: et in domo valentianā in monumentis marmoris sepelire iussit: vbi et altare construxit: et domū ipsam in honore sanctarum ecclesiam cōsecrauit: valentianus quoq; omnē facultatē suā baptizari manumissit: omnesq; facultates suas ecclesie cōcessit. Pässe sunt autē sancte virgines. iij. non. septēbris.

De sancta seraphia virgine et mar. Cap. xxx.



Seraphia

virgo passa est apud oppidū vendinsum sub aedrino principe et preside byrillo. Hec genere antiochena veniens ad urbem declinauit ad domū beate sabine relicte nobilissimi valentini: quā sua predicatione ad xpm conuertit: ut dictū est supra in passioe sabine. iij. kal. septēbris. Quod audiēs byrillus preses misit ad virginem cōprehendendā. Sabina hō virginem diligens: parato curru vna secū ad portū perrexit. Preses autē ob nobilitatē sabine vtriq; deferens eas cum pace dimisit. Sabina tamē q̄ magicis artibus demōstrata xp̄iana fuisse effecta dure redarguit. Post tertium hō die preses seraphia rapuit: eāq; sibi presentari fecit: ipsamq; ad deorum sacrificia inuitauit. Que cum se christo domino immaculatum sacrificiū offerre diceret: seq; ex perpetua virginitate: quam deuouerat: replū desynul assereret: mandauit p̄ses: ut violari deberet: quatenus amissa pudicitia templum dei esse desineret. Tradidit illā duobus iuuenibus lasciuis egyptijs: ut ea per noctem integrā vterent: quā illi in cubiculum obscuriorē in introdūserūt. Quāte hō virgine cum circa primā noctis horā ad eā accedere vellent: facto magno sonitu cum horribili tremore iuuenes tremefacti ceciderūt quasi exanimēs in terrā mēbris oibus resolutis: quos mane missi presidis illuc destinati iacentes et omni corpore impotes inuenerūt. Factoq; con

cursu nimio virgo christi ad presidem adducit
 & quibus hoc maleficijs fecerit interrogatur.
 Illa autem non maleficijs diaboli: sed virtute
 p̄p̄hec miracula peracta fuisse narravit. Cui
 cum p̄ses dixisset: vt si nō hec magicis artib⁹ fe
 cisset illos in xp̄i sui nomine surgeret: & loqui
 faceret. Seraphia iuuenes ad se duci fecit: su
 per quos nec stare: nec se mouere: nec loqui va
 lentes orationem fudit: eosq; in xp̄i nomine cō
 tingens incolumis erexit: qui mox corā popu
 lo stantes & omnibus suis membris facti cōpo
 res loqui ceperunt: atq; presidē narrauerūt: q̄
 dum cōtra voluntatē eius virginem cōtingere
 voluissent iuuenis decorus stature procerissime
 vt sol splēdēs se interposuit: qui illos adeo suo
 lumine terruit: qui mox amissis sensibus defes
 erit eos apprehēdit. Quod audiēs p̄ses & ea
 magicibus artibus ascribēs iussit eā expoliari
 & eidē lampades applicari. Quib⁹ mox diuini
 tus extinctis ministri eas tenētēs lāpades cor
 ruerunt. P̄ses autē adhuc ip̄am porius male
 ficam existimans mandauit fustibus cedi. Gra
 timq; terre motus magnus factus est: & fractis
 fustibus astula vna de stipitibus oculū dextrū
 p̄sidis percussit: & post tridū ip̄m amisit. Tunc
 indignat⁹ p̄ses virginē capite cedi iussit. Que
 decollata est trās arcum faustini iuxta aeream
 vindiciant ducis: cuius corpus beara sabina in
 eodē loco sepeluit. iij. non. septembriis.

De sancta p̄bebe discipula. Cap. xxxi.



Phebe di
 scipula aposto
 loꝝ fuit: de q̄
 paulus aposto
 lus ad roma. vl
 timo ca. mētionē facit: quā et
 ip̄e fratrib⁹ rome existētib⁹
 intime cōmēdauit: eo q̄ sibi
 & multis alijs discipulis i mi
 nisterio fideliter assistit. Que

& ipsa in vita sanctitate et honesta pudicitia in
 xp̄o pausauit. iij. non. septembriis. Sepulta ro
 me: vt scribit Hieronymus.

De sancto Antidio episcopo et
 martyre. Cap. xxxii.



Antidius
 episcop⁹ & mar
 ty: ap̄d turonez
 passus est tēpo
 re hono:ij impe
 rarozis sub persecutione van
 dalica. Hic ep̄s turoneñ. fuit.
 Qui tēpore quodā feria. iij.
 hebdomade sancte: dum pon
 tem dñi fluminis trāfirer: vt

dit principem demonū in throno sedentem: et
 agnien ministroꝝum vnuquēq; sua mala gesta

suo principi referentem. Inter quos ethiops
 teterrimus rettulit q̄ romanum presulem 303⁹
 mum seprēno de lapsu carnis impugnatum do
 minica palmarum preterita ad crimē cōmitren
 dum cum virginē quadā induxit: in cuius testi
 monium vnum et sandalijs ei surreptū in iudic
 cio presentauit. Quē princeps demonū super
 cunctos plurimū honoraui. Tunc ep̄s eundem
 demonē ad se vocās in virtute dñice passionis
 ei mandauit: vt eadem velocitate qua roma ve
 nerat illuc se incolumen deferret. Et sic in dño
 confisus super demonē ascendit & sepius versu
 culū illum. Deus in adiutorij meū intende. re
 perens incolumis ab illo vectus in cenā dñice
 hora celebranda officij: romā peruenit. Demo
 nem autē āre forēs ecclesie lateranē. expecta
 re iussit sandaliū ei rapuit: et ad papā accessit.
 Quē alloquēs sercero rem sibi vlsam & oīa ge
 sta rettulit: negantēq; sandaliū quē amiserat: &
 quem adhuc se misisse non aduerterat ostēdit.
 Sicq; ip̄m ad p̄niam puocauit. Missa quoq; vt
 ce etus ea die celebrauit: parē christinatis a se
 cōfecti sumpsit: missa q; celebrata p̄rifici vale
 facies: demonē pre forib⁹ expectatē inuenit su
 per quē reascēdens eosq; ip̄m reuocātē in sab
 bato sc̄to hora celebrādī officij ad ecclesia suā
 sospes rediit: deuoq; statim euauit: & antidi
 us celebrās & carbecuminos baptisās vbi fue
 rat: & quare mirātī pp̄lo enarrauit. Deinde san
 ctus marty: persecutione vādaloꝝū tētus & p̄p̄
 cōfessione in faciem cesus & varijs scribis cru
 ciatus: multisq; vulnerib⁹ in mēbris oibus cor
 poris attritus: tandem gladio capite cesus est:
 turonēq; sepultus. iij. non. septembriis.

De sanctis antonino & aristeo mar. Cap. xxxiii.



Antoninus puer &
 aristeus martyres apud vrbem
 cāpanē capuā passi sunt. Qui
 antoninus cum esset annoz. x:
 aristēū ad fidē conuertit. Euz
 quo postmodum tentus & va
 rijs supplicij cruciatus tandem ambo cedere
 gladio martyrij palinam consecuti sunt tertio
 nonas septembriis.

De sancto Moyse duce & pro
 pheta. Cap. xxxiiii.



Moyse pro
 pheta & dux populū
 israel q̄ ter patres
 sc̄tōs antiquos nō
 solum ecclesiastice. xlv. capl.
 sed etiam in multis locis diu
 ne pagine: tam in nouo q̄ in
 veteri testamento conscribitur:
 et plurimum commenda
 tur filius fuit Amram et Jo
 chaber⁹ eius vxoris de tribu Leui gentus in